

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**PROGNOSTICA=||TIO IOANNIS LIECHTENBERGERS, QVAM
OLIM SCRI-||psit super magna illa Saturni ac Iouis
coniunctione, quae fuit Anno M.CCCC.||LXXXIII. praeterea
ad eclipsim Solis anni sequētis uidelicet ...**

Lichtenberger, Johannes

Köln, 1526

Capvt vicesimvmnonvm

[urn:nbn:de:bsz:31-160364](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160364)



CAPVT VICESIMVMNONVM

Cum multæ sectæ orientur, & aliarum rerum cultura in breuibus annis sub istis prænotatis temporibus, tunc uir sapiens orator cum ad annos per uenerit discretionis, impetus cælestes perpendens cōmōtiones in populo cupiens facere, Hic populum hortat, persuadet, & uarijs gestibus animos eorum corroborat, & inclinationes & impetus confirmat, utilitates populi, & damna &c. prænuncians: Unde inter se confortantur, & cōfœderationes & pacta ineunt, quibus

PROGNOSTICVM IOANNIS

in agibilibus suis se gerunt iuxta influxus qualitatem. dicit em̄ Ari-
stoteles. ij. de generatione. In habētibus symbolum facilius est tran-
situs. Impetu ergo in populo existenti, persuasio ipsius in idipm̄ effi-
cacissima, & motus fortissimi erūt. Vnde suscitatur & ignitur animus
populi, & furit in sua affectione. Carbores enim sufflantur flatu, so-
la scintilla præexistenti incendunt. Quare suscitatur habet talis pro-
pheta amicitias & seditiones, triputia & bella, & alia secundū q̄ a-
strorum influxus populū impellit. hic quoq̄ uir si noticiam astro-
rum, uel coniecturalem futurorum cognitionem, aut imaginariam
scientiam habuerit, populū suis orationibus, præfagijs, & prodi-
gijs sic inducet & obūbrabit, ut ipsum prophetā enuncient, legibus
quoq̄ suis tanq̄ diuinis adherere studebunt, timore & amore incu-
tiente. & si fata uolunt, maxime promouebunt, suaq̄ strata gemma-
ta dirigent cum glorificatione secundū habitudinem applicationū
astrorum tales impetus facientū. Hac uia multæ tunc orientur sectæ
in mundo, & alienarum rerum culturę per nouos prophetas, & dei-
ficantur homies, ut in historia Tripartita lib. vij. legitur sic. Quia ue-
ro proprium paganorum est, homines summa felicitate deificare.
Et post pauca ibidē dicitur, Cilicem uero tertiumdecimū deum A-
drianum appellauerunt. ita & malis agibilibus, & obseruationibus
mundi mutationes fiunt uariæ iuxta rei qualitātē. Subisto prophe-
ta nouæ oriētur leges, & abrogant̄ ueteres. Viri docti luristæ depra-
uabunt, Mercurij felicitas amittetur in pluribus regnis, mala mo-
neta exurget ubiq̄. unde populus undiq̄ exactionat, sic q̄ tumultus
magnus exurget in populo Christiano, rebellantes contra magna-
tes. Insidiæ multæ latenter orientur in peregrinis, ac itineris ar-
reptoribus, multiq̄ rabidi hoies, sic q̄ timor ac tremor
in populo uidebitur, quæ antea non sunt audita.

Ex istis nouis inclinationibus exur-
gent sequunturq̄ magnæ
alterationes aeris an-
nis istis.

REX ALTERANS LEGES ET CON-
stituens nouam legem.

Oportebit



CAPVT TRICESIMVM.



Portebit condere nouas leges propter huma-
nam necessitatem & euidentem utilitatem eius,
& aliquando aliqua priuilegia & leges abroga-
re. cum. ff. lex dicat, In rebus nouis conquiren-
dis euidens esse utilitas debet, ut recedatur ab

L